



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1626

De mixtura celeritatis cum suavitate. Capvt XXXVII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68724)

De mixtura celeritatis cum suauitate.

CAPVT XXXVII.

Alexander Myndius poetarum figmenta missa faciens, Gorgona animal esse ait quoddam Libyæ quod visu perimat, si quem discussa iuba aspexerit, quod poetarum fabulis locum dedit, qui Gorgonas Phorcys, & Ceti filias terribili aspectu finxerunt. Ex eo γοργόνας φάλμοι dicuntur trucibus oculis præditi, qui δικάπορον πολὺ καὶ εἶδεν habeant. Talis Hector memoratur ab Homero. Γοργὸς ὀμμάτων ἔχων ἠδὲ βροτολαγῆς Ἄρηος. Ab oculis translatus est à stylo. Nam stylus Γοργὸς appellatur, volubilis, & celer, qui ad pulchritudinem orationis cōducit vel maxime. Nam cum suauitas mollem illam, & pellucidā orationē faciat, ne quid peccet mollicio, Γοργόνας præbet & viam quādam vegetam inspirat. Sicut igitur corporis pulchritudo lenta quædā, & prorsus muliebri non placet, sed vt quæ in viragine Atalanta, apud Aelianū trucis aliquid habeat suauitatis: simili profectō ratione, si totus stylus summa teneritudine mollesceret, nihil haberet dignitatis, quo fit, vt vibratis sententiolis acueudus sit, & distinguendus, & hoc τὸ γοργόν, καὶ ἐν βήτορῳ nominatur. Tale est illud Demosthenis.

Nῆδ' ἰδὲ κακοδαμόν' ἔστι γὰρ ἄνθρωποι, καὶ ὑπερβαλλόντων ἀνοίαν: πανόγνε, ἀλλ' ὅμως δὲ σωούς αὐτοὺς εἶναι. συμφύει γὰρ τῇ πόλει. Miseri profectō sunt, & ingrati homines, & vehementer Multi, sane quidem: verum tamen eos incolumes esse oportet, nam vile est ciuitati. Vides, vt hæc oratio suauitatem habet, cum volubilitate coniunctam.

Hæc virtus clarissima est in D. Hieronymo. Quid hoc loco γοργώτερον. Nolite credere, nolite esse securi, licet in modum stagni fufum æquor arrideat: licet vix summa iacentis elementū spiritu terga crispentur: magnos hic cæpus montes habet. Intus inclusum est periculum, intus est hostis, expedite ridentes, vela suspendite, crux antennæ figatur in frontibus: tranquillitas ista tempestas est. Simile est illud Virgilij.

Ferre cæci flammæ, dato tela, impellite remos. Constat autem, vt apparet acutis sententijs, verbis floridis, & inciforum crebra volubilitate.

De acrimonia, & acuto.

CAPVT XXXVIII.

Hic virtuti affinis est acrimonia, quod est acutum vellicans, quale est illud Crassi in Lamiā deformem, audiamus pulchrum puerum. At ille acutē retorfit, vulnum mihi fingere non potui, mores potui. Item Virgilij.

Cantando tu illum, aut unquā tibi fistula cerna iuncta fuit. Plena est hoc dicendi genere oratio πικρὴ καὶ ὀξύς contra Aeschinē, ἢ μήτηρ σου τοῖς μεθ' ἡμετέροις γέμοις ἐν τῷ κλισίῳ τῷ πρὸς τῷ πικρὴ καλαμίτην ἤρωι χρωμένη τὸν καλὸν ἀνδρείωντα, καὶ τρίτα γωνιστὴν ἄκρον Ἰξεδρέλεσε. Mater tua in porricem, aut eliso, cum calamitato herbe diurnas nuptias celebrans, pulchram statuat. & r. rtiarum actorem partium summum te educavit, & illud in ambiguo.

Quis negotiæ Aeneæ magna de stirpe Neronem? Suscepit hic matrem, suscepit ille patrem.

Alia sunt acumina grauiā, quæ & hoc genus elaboratæ orationis maxime venustat, quibus affluunt Senecæ controuersia. Sed & Patres, vt D. Ambrosius, & D. Augustinus hoc dicendi genus consecrati sunt. Sic D. Ambrosius lib. de virginibus, de sancta Agnetæ. Fuitne in illo corpusculo vulnere locus? & quæ non habuit, quo ferrum reciperet, habuit, quo ferrum vinceret. Nunc furentis mucroni militis totum offert corpus, mori adhuc neficia, sed parata, & nouum martyrij genus nondum idonea penna, & iam matura victoriæ: certare difficilis, facilis coronari: magisterium virtutis impleuit, quæ præiudicium vchebat ætatis.

De methodo suauitatis.

CAPVT XXXIX.

Hæc suauitatis virtus spectatur, vt ceteræ, in rebus, verbis, & structura verborum. Quinque sunt, quæ in rebus pariunt suauitatem, inuisa, inaudita, noua, ad summum quæ permotionem afferunt, & moratæ sunt dicta. Noua dixi, & inaudita, idcirco res omnes fabulose placent, quibus, & summi auctores nonnunquam stylum ad aucupium volubilitatis aspergunt. Tale est illud Platonis.

Οἷα

Gorgon animal.

Hector. Hom. Il. 8. γοργόνος. & γοργόνας: καλὸς ἀλμυρον κινητικόν.

Plus symph. lib. 8. q. 8. Pulchritudo lenta.

Oratio cum forma confertur.

Demosth. πικρὴ σφ. γοργόνος. & exempla.

D. Hier. ad Hæko.

Virg. 4. Aon.

Acrimonia quid eius exempla.

Cicero de orat.

Virg. egl. 3.

Demosth.

Virg. egl. 3.

Virg. egl. 3.

Virg. egl. 3.

Virg. egl. 3.

Virg. egl. 3.

Virg. egl. 3.

Virg. egl. 3.

Virg. egl. 3.

Virg. egl. 3.

Virg. egl. 3.

Virg. egl. 3.

Virg. egl. 3.

Virg. egl. 3.

Virg. egl. 3.

Virg. egl. 3.

Virg. egl. 3.